

PHILIPPI DECII  
MEDIOLANENSIS,  
IVRIS VTRIUSQUE

Doctoris celeberrimi, Enarratio in  
Tit. ff. de Regulis Iuris.

Cum additionibus D. HIERONYMI CΥCHALON Hispani, & D.  
GABRIELIS SARAYNAE Iuriscons. Veronensis, & aliorum  
Iuris utriusque consularum annotationibus: in communem  
cuiuslibet Canisidsei, Iurisque studiosi utilitatem.

His accessit bac postrema editione Index, multò  
quād antea, locupletior.

Nunc demum iuxta formulam Indicis expurgatorij Concilij S. Inquisitionis  
repurgatus, & aliquot in locis emendatus.



L V G D V N I,  
Sumptibus Horatij Cardon.

M. D C X.



D. N.

PHILIPPI DECII  
MEDIOLANENSIS IVRIS  
VTRIVSQUE DOCTORIS  
Celebrissimi enarratio in titul.

DE REGVLIS IVRIS. ff.

Cum solitis additionibus HIERONYMI CΥCHALON Hispani,  
Et D. GABRIELIS SARAYNAE I. V. D. Vero-  
nensis,& aliorum Iuris utriusque consultorum  
recenter adiectis.

In Rubric. Argument.

- 1 *Clausula generalis nonnunquam ad specialiter enumerata subiicitur, eadem omnia comprehensens.*
- 2 *Clausula generalis subiecta, ad enumerata specialiter minimè referri debet.*
- 3 *Regula non ius ipsum censit, verum ex prius constituto iure ipsa elicetur.*
- 4 *Clausula sive titulus generalis aliquando statim in principio, quādoque etiam in fine collocatur.*
- 5 *Genus ipsum cognitionis prius obicitur, quām species.*
- 6 *Vocabula non eo sunt numero, ut rebus ipsis respondere valeant.*  
*Regula in iure variis sumitur acceptationibus.*
- 7 *Regula qua ratione pro ordine absolutè sumatur.*
- 8 *Regula pro ratione adiuncti interdum accipitur.*
- 9 *Regula iuris, hac duo verba, duplíciter in iure sumi possunt.*



A X I M A & incomparabilis videtur præsentis tituli utilitas: & ex eo facile iudicari potest, *¶* utriusque Iuris censura in regulis, aut regulatum exceptionibus resoluitur. Idecirco studendo utilitati vestre quantum possum, eius interpretationem in lectionibus extraordinariis videbimus. Et quia in regulis breviter proceditur, in qualibet regula eius resolutionem conclusiū, & ad text. expiicabo.

I † Primo continuatur iste tit. v. in gl. dum inquit, non esse nouum ut quibusdam specialiter enumeratis generalis clausula subiiciatur, <sup>a</sup> quia omnia comprehendat, l. si seruus fer-

Phil. Dec. a num